Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Declarationes Cardinalium

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Visual Library

rum priuilegiorum reuocatorio. Vide etiam Portellium Ver. *Decima, numero 3. parte 3. tr. 1. reſ. 23.*

Laici verò eximuntur ab illarum onere ex præſcriptione immemorabili ſine titulo. Ex præſcriptione 40. annorum cum titulo, aut ex totidem annorum conſuetudine ſine titulo.

2 Laici ex præſcriptione immemoriali ſine titulo fiunt immunes à ſolutione decimarum, ex cap. *auditis, de præſcrip.* & *cap. 3 de conſuet. in 6.* ſicut etiam ex præſcriptione quadraginta annorum cum titulo, & conſuetudine quadraginta annorum ſine titulo. Diſparitas autem inter conſuetudinem, & præſcriptionem eſt, quia conſuetudo reſpicit communitatem quæ per diuturnum vſum legitimo tempore continuatum poteſt legem derogare: præſcriptio verò reſpicit priuatam perſonam, cuius vſus quantumuis continuatus non poteſt legem introducere, aut abrogare. Ita Layman *libro 4. tractat. 6. capite 7 num. 9* & alij contra Barbatium, *vol. 2. conſ. 35.* & alios Iuriſconſultos dicentes, per præſcriptionem laicum non poſſe omninò eximi ab onere decimarum, ſed tantùm in partem, vt ſcilicet loco decimæ ſoluat vigeſimam, aut trigeſimam partem. Adde, quod Henriquez *libro 7. capite 27. numero 2.* & Tannerus in 1. 2. *diſputatione 5. quæſt. 3. dub. 2. numero 31.* docent, ad præſcriptionem ſine titulo in cauſa decimarum ſufficere tempus quadraginta annorum; & Palaus, *tomo 1. tractat. 10. diſputatione vn. punct. 4. num. 6.* probabile putat, ad conſuetudinem contra decimas ſufficere ſpatium decem annorum. Sed hæ opiniones ex dictis non videntur. *parte 3. tractat. 5 reſolutione 77. & part. 5. tr. 14. reſ. 41.*

Cauſa decimarum ad Iudicem Eccleſiaſticum pertinet.

3 Cauſa decimarum eſt Eccleſiaſtica, & in omni caſu pertinet ad iudicem Eccleſiaſticum; niſi auctoritate Summi Pontificis contractu permutationis tranſlatæ ſint. Vide infra V. *Iudex Eccleſiaſticus, num. 4.*

DECLARATIONES CARDINALIVM.

ADhoc vt declaratio S. Congregationis Cardinaliũ Interpretũ Cõ-

Summa Diana

cilij Tridentini habeat vim legis requiritur 1. vt ſit ſignata Sigillo Præfecti, & Secretarij eiuſdẽ Congregationis, pro tempore exiſtentiũ. 2. vt ſit facta cõſulto Pontifice, idq; in ea exprimatur. 3. quod ſolum declaret, non diſpenſet, reſtringat &c. Hurt. *var. to. 1. tr. 3. c. 6. reſ. 45.* 4. vt Papa det Breue, quo iubeat eam ſeruari, vel quod Auditor Cameræ, det monitorium in earum executionem, ſeu mandet eas ſeruari ſub cenſura. Boſſius de Iubilæo *ſect. 3. caſ. 2. n. 225.* cui inſuper addit Dicaſtillus *de ſac. to. 2. tr. 8. diſp. 10. dub. 9.* quod debeant eſſe omnino eædem circumſtantiæ. Sed optandum eſſet hac in parte aliquid certi per Pontificẽ definiri; interim tamen ſtandum magis eſt pro declarationum Authoritate maiori. *p. 11 tr. 8. reſ. 53. & tr. 2. reſ. 42.*

DELECTATIO *Moroſa.*

Delectatio moroſa eſt conſenſus voluntatis in appetitus illicitos. Conſenſus inquam expreſſus, vel interpretatiuus.

1 DElectatio Moroſa dicitur, cõſenſus voluntatis in motus illicitos appetitus ſenſitiui. Hic autem conſenſus duplex eſſe poteſt, expreſſus, vel tacitus. Expreſſus eſt, quando voluntas acceptat delectationes huiuſmodi poſitiuè. Tacitus, quando poſt perfectam aduertentiam, & deliberationem adhuc motus illos relinquit & non exercet, quantum moraliter poteſt. Et in hoc ſecundo conſiſtit propriè delectatio moroſa, ſic dicta, non à mora temporis, qua durat, ſed ex mora rationis in repellendo. Quæ ſi non ſolùm ſibi complacet de motu illicito, ſed prætereà vult actum illicitum, & malum deſiderium, de quo infra V. *Deſiderium* †

Nam vterque eſt peccatũ mortale.

2 Porrò non ſolum eſt peccatũ mortale, quando voluntas poſitiuè conſentit, ſed etiam quãdo permiſſiuè ſe habet nõ impediendo tales motus. Nam conſenſus interpretatiuus æquiualet formali. Ita Vaſquez *in par. 1. tom. 1. diſput. 108. cap. 2. numero 2.* & alij. Sed probabilis eſt opinio Caietani, *ſum. V. Delectatio,*

Quamuis probabile

L l quod